

Diaconus & monachus, 111. i. ex his in pane & aqua. Clericus & Laicus 11. annis pœniteant. Si quis per semetipsum quocumque ingenio fornicaverit, Episcopus 111. annis pœniteat, i. ex his in pane & aqua. Diaconus & monachus i. presbyter 11. dimidium ex his in pane & aqua. Clericus & Laicus dimidium. Et si iterum atque iterum eis contigerit à communione priventur anno uno. Qui cum pecoribus coierit: x. annos pœniteat. Monachus fornicationem faciens, 111. annos pœniteat. Si in femoribus 111. quod agunt si parvulus. 111. oppressus talia patitur xl. dies pœniteat. Vel psalmos. Vel continentia castigetur. Si quis uxorem suam invenit adulteratam, & non vult dimittere eam; sed in matrimonio habere, 11. annis pœniteat; & dimitit pro se servum, aut ancillam ingenuam. Et pro aliis duobus annis elemosinas faciat. Et post 111. annis: iudicio sacerdotis communicet. Aut quandiu illa pœnitet, à matrimonio se abstineat.

DE PERJURIO.

Si quis perjurium fecerit: Episcopus 111. annis pœniteat: 111. ex his in pane & aqua. Presbyter x. 111. ex his in pane & aqua. Diaconus v. 11. ex his in pane & aqua, & deponatur usque dum compleat pœnitentiam, & reconcilietur. Clericus v. annis, 11. ex his in pane & aqua. Laicus 111. annis, ex his in pane & aqua, i. Si quis coactus qualibet necessitate aut nesciens perjuraverit, 111. annis pœniteat i. ex his in pane & aqua. Si Laicus per cupiditatem perjurat, totas res suas vendat, & det pauperibus; & conversus in monasterio usque ad mortem serviat Deo: Si dum per cupiditatem, animæ seu mortis periculum incurrit, 11. annis inermis exul pœniteat in pane & aqua, & abstineat se à carne & vino. Si quis virginem rapuerit 111. annis pœniteat, i. ex his in pane & aqua. Si quis more peccatorum cum propinqua sanguinis sua inceptis nuptiis conjuncti sunt ante vigesimum ætatis suæ annum, x. annis pœniteat; exactis orationibus tantum incipiat communicari. Post vigesimum annum vero, ad communionem cum oblatione suscipiatur. Discutiatur autem & vita eorum que fuerit tempore pœnitentiæ. Et ita hanc humanitate consequatur. Quod si qui abusi sunt hoc crimine, prolixiore tempore post xx. annos uxorem habentes, hoc crimen incurrerit, xv. atque unum pœniteat. Et post actam pœnitentiā, ad communionem orationum admittantur. Et ita post alium quinquennium, ad plenam communionem cum oblatione suscipiantur. Quod si aliqui uxores habentes & post quinquaginta ætatis suæ annos in hoc prolapsi sunt ad exitum tantum vite communionem mereantur. Mulier si duobus fratribus nupsit, abjci eam debere usque ad diem mortis, sed propter humanitatem communionem eam in extremis reconciliari. Ita tamen ut si forte sanitatem receperit, matrimonio solito ad pœnitentiā admittatur. Quod si defuncta mulier fuerit hujuscemodi consortio alligata, dissimilis erit pœnitentiā remanenti. Quam sententiam tam mulier quam vir tenere debet. Si quis gentilis dimiserit uxorem gentilem, in potestate ejus erit post baptismum habere eam, aut non habere. Simili modo si unus baptisatus est, & alter gentilis. Si cujus uxor infidelis est vel gentilis, & non potest eam convertere, dimittat eam. Mulier mensibus 111. debet abstinere à viro suo, quando concepit & antequam pariat. Post partum autem xl. dies qui nupsit xx. dies pœniteat. Qui nupsit die dominico xv. dies pœniteat. Si ab aliquo sua discesserit uxor, & iterum reversa fuerit, suscipiat eam doctè. Et ipsa i. ann. pœniteat. Similiter pœniteat & vir, si & ipse aliam duxerit. Cujus sterilis est, & ille & illa continentes sunt. Mulier cum muliere fornicando: 111. annis pœniteat una pœnitentiā. Viduæ & puellæ majorem pœnitentiā faciant, si hoc peccatum perpetraverint. Quæ virum habuit, si fornicaverit, & qui semen in ea miserit, 111. annos pœniteat. Hoc pessimum malum: alias ab eo aliter judicatum est, ut ambæ usque in finem vite suæ pœniteant. Vel 111. annos vel 111. qui sæpe fornicaverit: primus Canon judicavit x. annis secundus Canon 111. sed pro infirmitate hominis, vel per concilium, dixerunt aut 111. aut 111. pœniteat. Si quis cum fratre naturali fornicaverit per commixtionem carnis xv. annis pœniteat & ab omni carne se abstineat. Si mater cum filio suo parvulo fornicatione immisceatur: 111. annis pœniteat abstinendo se à carne, & unum diem jejundet in heb-

domada usque ad vesperum. Qui illudetur fornicari à cogitatione pœniteat usque ad diem cogitatio superetur. Qui diligit feminam, mente veniam petat à Deo. Si hic dixerit & de amore & de amicitia, sed non est susceptum ab ea 111. dies pœniteat. Ann. integrum & sex menses, si sic voluerit fornicari, & non potuit. Si quis Laicus de monasterio monacham duxerit furtim, aut intret in monasterio, Deo servire, aut humanum subeat servitium. Pecunia Ecclesiæ furata seu rapta reddatur quadruplum, secularibus dupliciter. Qui sæpe furtum fecerit 111. annos pœniteat, vel quomodo sacerdos judicaverit. Idem juxta quod componi debet quibus nocuit. Et qui furtum faciebat, pœnitentiā ductus, semper debet reconciliari ei quem offendebat, & restituere juxta quod eum nocuit, & multum breviabit pœnitentiā ejus. Si vero noluerit, aut non potest constitutum tempus pœnitere per omnia, qui furat admonetur. Det etiam pauperibus. Juratus consecratam. 111. annis pœniteat. Sine pinguine & tunc communicet. Si quis ab hereticis ordinatus fuerit, iterum debet ordinari; si inreprehensibilis fuerit, deponi oportet. Si quis à Catholica & Ecclesiæ ad hæresim transferit, & postea reversus fuerit, non potest ordinari nisi per longam pœnitentiā, & pro magna necessitate. Hunc Innocentius Papa, nec post pœnitentiā Clericum fieri, Canonum auctoritate asserit permittere. Qui fecerit pacta cum Judæis quarta decima luna: exterminabitur ab omni Ecclesiā nisi pœnitentiā egerit ante mortem. Si oraverit cum illo quasi cum clerico Catholico, septimana pœniteat. Si vero neglexerit, xl. dies pœniteat. Prima vice si quis hortare voluerit hæresim eorum, & non egerit pœnitentiā, exterminabitur similiter & ille, Domino dicente, *Qui mecum non est, contra me est.* Si quis baptizatus ab heretico qui recte Trinitatem non credit, iterum baptisetur. Si quis dederit aut accepit communionem de manu heretici, & nescit quod Catholica contradicit, & postea intellexerit, anno integro pœniteat. Si hic scit & neglexerit, & postea pœnitentiā egerit, x. annos pœniteat. Alii judicant 111. & humanus v. annis. Si quis permisit hereticum missam suam celebrare in Ecclesiā Catholica, & nescit, xl. dies pœniteat. Si vero pro reverentia ejus, i. ann. pœniteat. Si pro damnatione Ecclesiæ Catholicæ, projiciatur ab Ecclesiā sicut hereticus, nisi pœnituerit. Si recesserit ab Ecclesiā Catholica in congregationem hereticorum, & qui aliis persuaserit, 111. annis pœniteat. 11. annis extra Ecclesiā, & 111. inter auditores; & 11. extra communionem. De his in Synodo dicitur: x. anno communionem sive oblationem recipiant. Si Episcopus aut Abbas jusserit monacho suo pro hereticis mortuis missam cantare, non expedit ei obedire. Si presbytero contigerit, & ibi missam cantaverit, nomina mortuorum, & simul nominaverit hereticos cum Catholicis, post missam qui intellexerit, hebdomada jejundet. Si frequenter fecerit: annum totum pœniteat. Si quis hic pro morte heretici missam ordinaverit, & pro religione sua reliquias de illo fecerit. quia multum jejunavit, & postea intellexerit, pœnitentiā egerit, reliquias debet igne concremare, & unum annum pœnitere. Si hic scit & negligit, pœnitentiā commotus xl. annis pœniteat. Si quis à fide Dei discesserit sine ulla necessitate, & post ex toto animo pœnitentiā acceperit, tribus annis extra Ecclesiā, & 111. annis in Ecclesiā pœniteat inter pœnitentes; & duobus annis adhuc extra communionem, unum inter audientes juxta Nicenum Concilium. Qui perjurium facit in Ecclesiā xl. annos pœniteat: qui vero in necessitate coactus sit autem quoddam agere i. anno. Qui in manu hominis jurat nichil est. Si vero juraverit in manu Episcopi vel Presbyteri aut Diaconi seu in altare, sive in Cruce consecrata, i. ann. pœniteat; perjuratoribus 111. De his qui multa mala fecerint, id est, homicidium, adulterium cum muliere & peccata... & furtum, eant in monasterium, & pœniteant usque ad mortem. Quæ in alia provincia, quæ ab hoste superatur, rapta fuerint, id est, alio rege superato, tertia pars ejus ad Ecclesiā tribuatur, vel pauperibus. Et xl. diebus agatur pœnitentiā, quia jussio regis erat. Qui sanguinem aut semen biberit 111. annis pœniteat. Malarum cogitationum indulgentia est, si opere non impleatur nec confenserit. Duodecim triduanæ pro anno i. pensanda sunt. Ceodoriis laudavit, Pustillanims qui manducat carnem immundam aut morticinam dilaceratam à bestiis, xl. dies pœniteat. Si enim necessitas cogit, nichil est. Et qui pro necessitate manducat animal quod immundum videtur, vel

avem, vel bestiam, non nocet. Pulex si ceciderit in liquore, tollatur inde, & aspergatur aqua sancta si vivens sit. Si vero mortuus, omnīs liquor projiciatur foras. Nec homini detur, & mundetur vas. Similiter cibus ille liquidus in quo mus, vel mustella immerfa moritur, purgetur & aspergatur aqua sancta, & sumatur si necessitas fuerit. Si aves stercoreantur in quemcumque liquorem, tollatur ab eo sterus & sanctificetur aqua, & mundus erit cibus. Sanguinem inficiis sorbere cum saliva, non est peccatum. Qui sanguinet, quocumque modo polluetur. Inmundum nihil est, si scit: pœnitentiā detur juxta modum pollutionis.

DE SACERDOTIBUS QUI CONUPISCENTIAM HABENT.

SACERDOS si tangendo mulierem ac osculando coinquinabitur, xl. dies pœniteat. Et si osculatus est feminam per desiderium, xx. dies pœniteat. Si per cogitationem fuderit semen, hebdomada jejundet; irritate manu, xl. dies, vel annum. Si pollutus, 111. hebdomada jejundet. Si quis presbyter pœnitentiā moribus abnegaverit, reus erit animæ suæ quia Dominus dicit: *In quacunque hora conversus fuerit peccator, vita vivet & non morietur.* Vera enim confessio in ultimo tempore potest esse: quia Dominus noster non solum temporis, sed & cordis inspector est. Sic (latro) in hora ultima, confessione uno momento meruit esse in paradiso. Si monachus cum monacha fornicationem faciens 111. annos pœniteat. Qui per violentiam cogitationis semen fuderit 111. dies pœniteat. Si secunda vice ei contigerit, xl. dies, aut annum pœniteat. Si plus addantur, jejundet vel uno anno. Vel quadragesimas 111. Qui se ipsum coinquinat xl. dies pœniteat. Si puer est xx. dies vapuletur. Si cum ordine, 111. quadragesimas vel i. annum, si frequentaverit. Si quis renuntiaverit seculo, & postea reversus in seculum & habitu, si monachus est, & post hæc pœnitentiā egerit, x. annos pœniteat. Si probatus fuerit in omni pœnitentiā, in lacrymis, in orationibus, humanus curatum Episcopus potest facere. Si monachus non fuit quando recessit ab Ecclesiā, 111. annis pœniteat. Si quis Episcopus vel presbyter aut diaconus fornicationem faciens, degradari debet, & pœnitere. Si quis postquam se voverit, secularem habitum acceperit, item ad aliquem gradum accedere omnino non debet. Si quis presbyterorum, aut diaconorum uxorem extraneam duxerit, in conscientia populi deponatur. Si adulterium perpetraverit cum illa, & in conscientia populi devenerit, projiciatur extra Ecclesiā & pœniteat inter Laicos quandiu vixerit. Si quis concubinas habuerit, non debet ordinari. Quicumque enim presbyter in propria provincia, aut in alia, & ubicunque fuerit inventus, commendatur sibi infirmum baptizare noluerit, vel in professione itineris sine baptismo moritur, deponatur. Similiter qui occidit hominem vel qui fornicationem facit, deponatur. Si quis viduum acceperit non potest ordinari, sicut bigami. Si quis baptisat per temeritatem, non ordinatur, abjciendus est ab Ecclesiā, & nunquam ordinetur. Quibus baptisati sunt ignoratis, non indigent pro eo pœnitentiā; nisi quod secundum Canones non possunt ordinari, nisi magna necessitas cogat. Qui iterum baptisati sunt, quasi iterum Christum crucifigant, 111. annis pœniteant, 11. & sexta feria in tribus quadragesimis. Si pro vitio aliquo fuerit, si hic pro munditia licitum putaverit, 111. annis pœniteat. Qui operatur die dominico 111. dies pœniteat aut vapuletur. Si quis in die dominico per negligentiam jejunaverit, hebdomada tota jejundet. Et si secunda, xx. dies pœniteat. Si quinta dominica, xl. dies pœniteat. Si quis pro damnatione die dominico jejundet, sicut Judæus abominetur ab omni Ecclesiā Catholica. Si contempserit, & indicavit jejunium Ecclesiā, & contra decreta seniorum fecerit quadragesimas, xl. dies pœniteat. Si intra quadragesimam, unum annum pœniteat. Si frequenter fecerit, & in consuetudinem fecerit ei, exterminabitur ab Ecclesiā, Domino dicente: *Qui scandalizaverit unum de pusillis illis istis qui in me credunt &c.*

DE COMMUNIONE EUCHARISTIÆ, ut Sacrificio.

Pœnitentes secundum Canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. His pro

misericordia per annum vel sex menses licentiam damus. Secundum culpæ modum temperandum est, cito, vel tarde. Qui accepit sacrificium post cibum, 111. diebus pœniteat. Omne sacrificium fordida vetustate corruptum, igni comburendum est. Si casti, fera vel aves devorant, 111. hebdomadas jejundet. Si negligens, 111. quadragesimas. Si quis vir maritus, vel mulier votum habens virginis jungitur matrimonio, non dimittat illum, sed 111. annos pœniteat. Mulieri non licet votum vovere sine consensu viri: sed si voluerit, dimitti potest iudicio sacerdotis. Mulier quæ se more fornicationis adulteram conjunxit, aut 111. aut 111. annos pœniteat, sicut fornicator. Sicut & illa quæ semen sui in cibo miscet, ut idem plus amoris accipiat. Uxor quæ pro remedio sanguinem viri sui gustaverit, xviii. dies pœniteat. Mulieres menstruo tempore non intrent in Ecclesiā, neque communicent, nec Laicæ nec monachæ; & si ipsum sumplerint, 111. hebdomadas jejundet. Similiter pœniteat quæ intret in Ecclesiā ante mundum sanguinem post partum, xl. dies pœniteat. Qui nupsit his temporibus, xxx. dies pœniteat. Qui nupsit die dominico, tribus diebus pœniteat. Si vir cum uxore sua retro nupsit, xl. dies pœniteat. Si in tergo nupsit pœnitere debet quasi ille qui cum animalibus coierit. Si quis furtum capitale fecerit, id est, quadrupedia, vel domum effregerit, v. annis pœniteat, ex his

Canones isti multis indigent animadvertionibus, & castigacionibus: hos vero, prout in MS. codice inveniuntur, descriptum hoc loco, castigatis solummodo exscriptoris antiqui erroribus non paucis. Neque vero Canones id genus sunt tanti momenti, ut diligentibus à nobis expendendi ac notis illustrandi digni habeantur.

Ex MSS. codicibus monasterii S. Andreae seu Avinionem.

IN NATALI SANCTI HIERONYMI Presbyteri.

APUD Bethleem Judæ, depositio Sancti Hieronymi Presbyteri: Hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit; Patre ejus Eusebio. Vestem Christi puer Romæ suscepit: ibique literis græcis ac latinis à primævo eruditus est. Postquam autem omne mundanarum studium litterarum adeptus esset, probatissimorum quoque monachorum habitum factumque imitatus est. Romæ Ecclesiæ presbyter postmodum ordinatus, dum per triennium continuum carus acceptusque populis veneraretur, quidam ex clericorum monachorumque ordinibus, pro petulantia, proque ingluvia discursantes, ad effugandum urbe Hieronymum (qui utrumque eorum, scribens, vitium reprehenderat) insidias paraverunt. Verum ipse propter cælorum regna, domum, parentes, fororem, cognatos, Roma egressus dereliquit; & Jerusalem militaturus Deo pergens, primo ad Gregorium Nazianzenum tunc Constantinopolitanæ urbis Episcopum suplex discipulus accessit: ut Sanctarum Scripturarum studiis erudiretur. Inde in Syriam perrexit, in possessione Evagrii presbyteri aliquantulum commoratus. Ad desertam deinde loca ita lætus accinctusque accessit, ut volasse eum magis quam malle credere. Quadriennium itaque in illa vasta solitudine quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstabat habitaculum, exegit. Indequè ad Bethleem oppidum remeavit: ubi prudens animal ad presepem Domini sese obtulit permanens. Bibliothecam sanè suam quam sibi summo studio ipse condiderat, omniumque librorum orationes quas pene memoriter retinebat, iterum relegens, diem jejuniis ducebat ad vesperum. Plures ad eum religionis quibus vite ejus fama comperta est, protinus confluerunt: bonumque doctorem parvoque adhuc sub tugurio, boni observare discipuli. Nec multo post cellulam sibi ob discipulorum suorum copiam, & propter frequentiam adventantium ad Bethleemitam portam, quæ ad occidentem conspicit, & egredientibus ad Septentrionem videtur, parvulum habitacionis locellum construxit. Quibus nisibus quantisque laboribus Hebraicam linguam atque Chaldaicam, litterasque Hebræas didicerit, ut verbis ejus edicam: Cum essem juvenis & solitudinis me deserta vallarent, incentiva vitorum ardoremque naturæ ferre non poteram. Quam cum crebris jejuniis frangerem; mens tamen cogita-

